



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sortes, Qvibvs, Ne Temere Cadant, Temperandis; Vel, Si
Temere Dvcvntvr, Castigandis, Divini Ivdicii Æqvitas
Semper Adest**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1645

§. 8. Quàm sit à Sanctoru[m] exemplis alienum, iniustis vindicijs ac
sacrantis alijs iudicium Dei petere?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52306)

rationem fudit: *Pater, dimitte illis; non enim sciunt, quid faciunt.* Luc. 23, 34.

§. VIII.

Quàm sit à Sanctorum exemplis alienum, iniustis vindicijs ac sacramentis alijs iudicium Dei petere?

Hanc Magistri sui heroicam patientiam ac fortitudinem imitatus est aliorum quoq; Sanctorum ingens numerus. Atque primus quidem Stephanus, qui inter lapidantes, pro lapidantibus orans dixit: *Domine, ne statuas illis hoc peccatum.* Deinde & Paulus, qui de se scribit: *Optabam ego ipse anathema esse à Christo, pro fratribus meis, qui in vitam ipsius obstinatissime coniurauerant.* His è diametro aduersantur, qui, mortalis vitæ causa, Deum iudicem appellantes, illaudabili verborum metamorphosi exclamant: *Ne ignosce, Pater, sed indica, vindica; statuas illis hoc peccatum. Non sim ego anathema pro fratribus meis, sed illi pro me sint anathema.* Neque multi martyres huius appellationis ius vsurpare solebant, licet innocentissime, crudelissimeq; occiderentur. Quin potius, post acceptam iniquissimæ mortis sententiam solennes eorum voces erant, ut exclamarent: **DEO GRATIAS**, quod di-

L 5 fertè

Iustin, A- fertè testatur Iustinus; & perspicuum est ex
polog, t. vita S. Cypriani; atque antiquissimo Ter-
Tertul- tulliano attestante, *Christianos magis dam-*
lian. ad *natos, quam absolutos gaudere.* Quia, in ve-
Scapulã. teri quoque Testamento, Ioseph in cister-
 nam, Ieremias in cœni, Daniel in leonum
 lacum, tres pueri in fornacem inflammatis-
 simam missi, cum utiq; de vita eorum inno-
 centissima eripienda ageretur, tamen non
 leguntur, vel fratres, vel tyrannos, vel car-
 nifices, ad diuinum tribunal, citauisse; &
 tamen iustus iudex Iosepho fratres subiecit,
 Ieremiam è cœno eduxit; Danielis aduersa-
 rios leonibus præbuit deuorandos; trium
 puerorum lictores, flamma è fornace in il-
 los excussa, vstulauit.

§. IX.

*Peccato proximum esse, si non est in peccato,
 quisquis eiusmodi iudicijs vult pecca-
 tum, in altero, sine iusta causa,
 vindicari.*

Quid si multos idcirco ad extrema addu-
 cit malus sathan, vt ad impatientiam atque
 vindictam adducat? vicit, si impatientes fe-
 cit. deiecit, si in vindictam incendit. habet,
 quod vult, si tu iram tuam ampliùs in pe-
 testa-